

3007

Salamanca.

IN SELECTAS
SUMMORVM
PONTIFICVM
CONSTITVTIONES

Epitome, ac Theoremata.

Auctore P. IO. BAPTISTA SCOTIA Genuensi,
Theologo Societatis Iesu. num. 49. ca/4.

Cum duplici Indice, altero scilicet Constitutionum, altero Rerum precipuarum.

EDITIO PRIMA.



Sumpt. LVDOVICI PROST, Hæredis ROVILLI
M. DC. XXV.





ADMODVM REVERENDO
IN CHRISTO PATRI NOSTRO,
P. MUTIO VITELLESKO
PRÆPOSITO GENERALI
SOCIETATIS IESV,

*IO. BAPTISTA SCORTIA
felicitem.*

MERVI hoc quadriennio in Iurif-
consultorum castris, admodum
Reuerende in Christo Pater, sub
optimis sane belli Ducibus, Bar-
tolo, Baldo, Innocentio, Hostiēsi,
Iafone, Panormitano, Couarruua, Felino, Meno-
chio, aliisque viris in huiusmodi militia peritissi-
mis; etsi sæpe quoque, eorum bona cum venia,
Theologos, veteres amicos meos, D. Thomam,
Sorum, Franciscum Suarium, Thomam Sanchez,
Molinam, Valentiam, Lessium, Azorium, & alios
plures fortissimos antesignanos, in proximis ca-
stris agentes, mihi fuerint in auxilium aduocan-
di. Fateor ingenuè hosce exantlatos labores, &
diuturniores, & grauiores sæpe mihi vis, quàm
vt septuagenaria prope senectus, & æg^{ra}, qua
perpe



S E L E C T A R V M
S V M M O R V M P O N T I F I C V M
in hoc Opere comprehensarum Consti-
tutionum Elenchus.

Tempus. Initium.
Anno

D. LEONIS I.

447

Occasio.



GI T de non alienandis rebus Ecclesiæ. Epi-
tome 1.

L E O N I S I X.

1051 *Quia auctore.* Defunctorum Episcoporum bona non inuadenda.
Epitome 2.

H O N O R I I I I.

1130 *Charissimus.* Non rapienda bona naufragorum, nec defuncto-
rum coniugum. Epit. 3.

I N N O C E N T I I I I I.

.... *His qua.* De hæreticorum pœnis. Epit. 4.

.... *Ea est.* Improbatur vulgaris Bibliorum versio. Epit. 5.

1212 *Ad nostram.* Damnantur statuta contra libertatem Ecclesiasti-
cam. Epitome 6.

H O N O R I I I I I.

1220 *Has leges.* Pro liberrate Ecclesiastica, Naufragis, Rusticis, Pe-
grinis. Epitome 7.

G R E G O R I I I X.

1234 *Rex.* Non alienanda Ecclesiæ bona. Epit. 8.

1236 *Excommuni-
catus.* Hæreticorum & sociorum pœnæ. Epit. 9.

I N N O C E N T I I I V.

1243 *Cū aduersus.* Hæretici & complices puniendi. Epit. 10.

1244 *Impia.* Thalmudi libri proscribuntur. Epit. 11.

1250 *Ad extirpan-
da.* Defenduntur Officiales Inquisitionis, & abrogantur
statuta, hæreticis, filiis, sociis, complicitibus fa-
uentia. Theoremate 171. 172.

1252 *Cum fratres.* Hæretici & complices banno subiiciuntur, &c. Epi-
tome 12.



IN SELECTAS SVMMORVM
PONTIFICVM
CONSTITVTIONES
Epitome, & Theoremata.

Auctore P. IO. BAPTISTA SCORTIA
Genuesi, Societatis IESV.

PROPOSITVM AVCTORIS.

PERSIMILES omnino leges mihi esse videntur Pharis ad nauium cursum nocturno ac nubilo celo dirigendū, in maris littore constitutis. Vt enim hi longè latèque splendore diffuso errabundis nauis ostendunt, quò se se ex alto ventis procellisque agitato in tutam nauibus stationem, recipiant; ita illæ ex l. 1. & 2. ff. de leg. & l. 9. & 10. Cod. de leg. & Const. hominum vitam dirigunt, & præmio pænæque proposita, quomodo sit vnicuique instituenda vita, quomodo cum cæteris ciuibus agendam, & ad quem finem actiones omnes dirigenda, ut benè beatèque in ciuitate viuatur, suo quasi ductu, nempè ex Modestini sententia, l. legis virtus. ff. de leg. imperando, vetando, petmittendo, puniendo probè demonstrant. Id

Scortia.

enim vnum spectant Ciuiles leges, vt Plato in Minoë librisque de leg. & de repub. Aristoteles lib. 1. & 5. x. vlt. & M. Tullius lib. 1. de leg. testantur, vt ciues efficiant bonos, certòque ordine ac commodis medijs ad finem optimum (ciuilem tamè) perducant. Vnde meritò sensit S. Thom. 1. 2. quæst. 90. nihil aliud legem esse, quàm rationis quandam ordinationem ad còmune bonū, ab eo, qui communitalis curam habet, promulgatam. Quæ si rectè de ciuilibus legibus disputantur, verissima etiã erunt in Ecclesiasticis, à summis Pontificibus ad communem fidelium vtilitatem perscriptis. quipè quæ non tantum ad ciuile & temporale bonum, verum etiam spirituale ac sempiternum consequendum, tanquam certissimæ re-ctissimæque regulæ nos informet. Sed cum plures ex ijs extra Cano-

A

nici